

1983

C O D I C E S

1984

missa sunt manu Sec. XIV. *Decreta* cujusdam Ecclesiae, aut cujusdam *Synodi in Galliis*, ut videtur, celebratae; inter festos enim, qui agi jubentur, dies mensi *Octobri Festum Sancti Dyonisij* adsignatur. De tempore conjectes ex his verbis: *Et nos collationes parochialium ecclesiarum admissiones et institutiones ad easdem faciendas uel factas a tempore Generalis Concilij ultimi lugdunen. (1274) personis qui vicesimum quintum Annum etatis sue non attingerint, pronuntiamus et declaramus nullas esse ipso iure &c.* Agitur porro in hoc Fragmento de Celebratione Festorum, de Beneficiis ecclesiasticis, de Clericorum Vita, ubi inter alia prohibentur exercere officium *proseneca* (Proxenetae, *προξενος*, gall. *Courtier*) *triparii* (venditoris Extorum gall. *Tripier*) quibus similia habes in *Statut. Ecclesiae Leodiens.* a. 1287. T. IV. *Anecd. Marten. col. 853.* de Monachis, de Archidiaconis et Decanis.

DXIV.

113 Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVI. Folior. 248. f. Continet I. *Liturgiam Ecclesiarum Protestantium Saxoniae* hoc titulo: *Agenda wie es in des Churfürsten zu Sachssen Landen in denn Kirchen gehalten wirt.* Praefatio incipit: *Der Almechtig Ewig gott hatt sich mit gewissen gezeugnuffenn, mit auferweckung der thottenn &c.* Pars

prior theoretica est agitque de Doctrina christiana, de Lege et Evangelio, de Justificatione hominis, de bonis Operibus, de Sacramentis, de Oratione, de Magistratibus, de Regimine ecclesiastico. Pars altera practica, seu, ut vocatur, *Agenda* a fol. 22. p. 2. tractat de Baptismo, introductione Puerperae in Ecclesiam, Confirmatione, Confessione et Absolutione, Poenitentia publica, Missa et Communione, Consolatione Infirmorum, et Captivorum, de Ordinatione Ministrorum Ecclesiae, ubi ad p. 111. insertus est *Elenchus* latinus *Quaestionum* LXII. Ordinandis proponendarum, de Praedicatione, Cantu sacro, Catechismi exercitio, Litanis, Jejunio, Diebus festis, cultu SS. Nuptiarum celebratione, et sepeliendi Ritu.

II. a fol. 179. *Sequuntur pio studio Collecta cantica et descripti ritus Ceremoniarum, que obseruari deinceps debeant in Ecclesiis nostris &c.* Ut alibi retulimus, cum eorundem *Theologorum* nominibus subscriptis. Editiones hujus Liturgiae habentur in *Chr. Julii Boeckelmanni Bibliotheca Agendarum* in lucem prolata ab *H. Casp. König, Zellae 1726.*

DXV.

Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 54. f. Continet absque Titulo *Liturgiam Ecclesiarum Protestantium Saxoniae* jam exhibitam supra. Praefatio incipit,

1985

P O L E M I C I

1986

pit, ut ibi: *Der Almechtig Ewig Gott hat sich mit gewissen zeugnissen, mit Aufferweckung der Totten &c.* Agenda vero ipsa incompleta deficit in *Capite de Missa et Communione* his verbis: *vnd diser sein beilliger leib vnd bluet werden von wirdigen vnd unwirdigen —.*

DXVI.

274 Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVI. Folior. 47. f. continet *Christophori Ducis Würtembergici* Edictum de Liturgia et Disciplina ecclesiastica hoc titulo: *Von gottes gnaden Vnser Christophs Hertzogen zu Würtemberg vnd zu Teckb, Grauen zu Mümpelgart Instruction vnd Ordnung, Wie vnd welcher massen of vnser Christenliche Confession, Im Iungst gehaltenem Concilio zu Triennt (1552) vbergebenn vnd publiciert, vnd daruff geuolgte vnd gestellte getruckbte Kirchenordnung, die Kirchen In vnserm Fürstenthumb vnserer Oberkheit, mit Pfarren, Predigern, Diacon, Subdiacon, Catechisten, Schulmeister, Mefsnern, vnd Anndern Dienern versehenn, vnd mit wafs vnderhaltung vnd Super Inntendenten dieselbigen erbaltenn, vnd bedacht sollenn werdenn.* Agitur praecipue de Ministris Ecclesiae, eorum electione, examine et constitutione in Paroeciis, de Scholis, Medicis, Chirurgis, de Sufsentatione Ministrorum, Scholarum et Pauperum, de Ma-

trimonio, Coenobiis et Modo inquirendi in *Anabaptistas* et *Schwenkfeldianos*, de officio Superintendentis et Theologorum senatum ecclesiasticum constituentium. Quae omnia fusius edisseruntur in Confessione Doctrinae et Ordine Agendorum in Ecclesia, quae lingua vernacula simul lucem adspexere auspiciis ejusdem Ducis *Tubingae* 1559. f.

DXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 828 XVI. Folior. 67. 8. continet Praelectiones in *Danielem Parisiis* habitas a. 1541. a *Francisco Vatablo Picardo Gamachiensi* regio Hebraicae linguae Professore, calamoque exceptas ab Auditoribus; et *Codici* quidem praefenti olim praescriptum est: *Diazij manus*, quem non habeo diversum a *Job. Diazio*, teste *Ant. Crocio* in *Martyrol* et *Sleidano Comment. L. 17.* post navatam 13. annis literis *Parisiensibus* operam jam *Lutherum*, mox *Calvinum* et *Bucerum* secuto, et tandem a. 1546. *Neoburgi ad Danubium*, proprio fratre *Alphonso* agente, interemto. Ita quidem *Crocio* ille, et *Sleidanus*. Initium porro harum Praelectionum est: *Cap. I. Omnes hebrei totum vetus testamentum, totam illam scripturam in tres diuidunt partes, in תורה legem, in נבא (sic) prophetas, et in כתובים αγραφα.* Sic etiam *R. K. (Dav. Kimchi)* initio commentariorum in *psalmos*